Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



115

possidere non possunt. neque corruptio incorruptela possidebit.
Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus. sed non omnes
immutabimur. in momento in ictu oculi. in nouissima
tuba. Canet enim tuba. et mortui resurgent incorrupti.
et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc in
duere incorruptionem. et mortale hoc induere immorta
litatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem.
tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria.
Vbi est mors uictoria tua. Vbi est mors stimulus tuus. Stimu
lus autem mortis peccatum est. uirtus uero peccati lex. Deo
autem gratias. qui dedit nobis uictoriam. per ihesum xpm dnm nrm.
In illo t. Dixit v. i. turbis iudeorum. S. Iohannis.
Amen amen dico uobis. nisi manducaueritis carnem filii hominis.
et biberitis eius sanguinem. non habebitis uitam in uobis. Qui
manducat meam carnem. et bibit meum sanguinem. habet
uitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Hec dicit dns ds. Orietur in tenebris Ysaye prophete.
lux tua. et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi
dabit dns ds semper. et implebit splendoribus animam tuam
et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus. et
sicut fons aquarum. cuius non deficient aque. quia spiritus dni
locutus est. Iohannis In illo t. Dixit v. i. turbis iudeorum.
Omne quod dat mihi pater. ad me ueniet. et eum qui uenit
ad me non eiciam foras. quia descendi de celo. non ut faciam
uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui misit me. Hec
est autem uoluntas eius qui misit me patris. ut omne quod